



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De zacharia [et] sellum et manahen. ca. xxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Regum quarti

cuperabiliter euerteretur. **D**ortuus est et sepulcrum in spelunca vnus iudicis israel: cui sepulcrum monstrat in vna vrbium geth in viculo quodam iuxta sephozu. **S**ub ozia rege iuda terminata est monarchia assyriorum. Nam sardanapallus vltimus monarchus vinctus ab arbace medo: semetipsum concremauit et tunc arbaces monarchia ad medos transiit: spe nodum re, hoc enim fecit darius occiso balthasar. Fuerunt tamen reges assyrii: si non monarchi tamen potentes vsq; ad subuersionem nunc qua prophetauit naum.

Incidentia.

Et tempore latinorum quartusdecimus rex filius proca post quem, xv. rex latinorum filius amulius.

De Zacharia Sellum et Danaben, Ca. xxii.

Anno .xxx. octa

uo ozie regis iude regnauit zacharias filius ieroboam super israel vii. mensibus. Qui fecit malum coram domino sic ut patres eius: et percussit eum. pala selli filius us labes: et regnauit pro eo. Et translatus est regnum israel de domo hieui in generatione quarta iuxta verbum domini, et regnauit selli vno mense in samaria. Nam manaben filius gaddi de iherusa percussit eum in samaria: et regnauit pro eo. Qui percussit iherusam et terminos eius: eo quod conciuces sui noluerant aperire ei. Anno, xxx. ozie regis iuda regnauit manaben super israel decem annis: et ambulauit in vijs ieroboam. In diebus eius ascendit phul rex assyriorum in iherusam, et dedit ei manaben mille talenta argenti: ut recederet ab eo: et etiam esset ei in auxilium. Sumpsit autem manaben, l. siclos argenti a potentatibus et diuitibus terre pro singulis. Inter hec munera tradunt hebrei manaben misisse vitulos aureos: qui erant in dan et bethel sed non veros. Sacerdotes enim dolos sustulerunt aureos vitulos et absconderunt eos: et fecerunt creos deauratos similes illis quos misit manaben regi assyriorum. Qua fraude postea precepta reges assyriorum plurimum exarserunt contra israel. Et mortuus est manaben et regnauit pro eo filius eius phacecia anno. Ozie regis iude et duobus annis regnauit in israel. Nam phacecia filius romelle chiliarchus eius interfecit eum in samaria in vltimo cum quadraginta viris et regnauit pro eo anno. lvi. ozie regis iude: et re

gnauit viginti annis in israel.

De initio captiuitatis decem tribuum.

Capitulum. xxiii.

In diebus phacee

regis teglathphalasar rex assyriorum ascendit

in israel. Et cum ambiguum an iste fuerit phul vltimus, et vultus re alleuitata est terra,

stauit omnem regionem trans iordanem: et captiuas duxit duas tribus et dimidia: vastasque galilea et tribum zabulon et neptalim multos transiit secus in assyrios qui possent dimidiis tributis comparari. Tunc sepe legitur quod tres tribus israel captiuauerunt et fuit initium captiuitatis, x. tribuum. Porro ozie filius belai interfecit phacee regem israel: et regnauit pro eo.

De ioathan. Ca. xxiiii.

Anno secundo phacee

regis israel regnauit ioathan filius eius ozie in iherusalem, xxv. annorum erat cum regnare cepisset: et, xvj. annis regnauit. Nomen matris eius ierusa filia sadoch. Et fecit bonum coram domino: veritatem excelsa non abstulit. Ipse edificauit portam domus domini sublimissimam: quam quidam putant turrim gregis. Nec est quod in actibus apostolorum speciosa dicitur: ab hebreis vocatur porta ioathan. Hec sola remansit in euersione facta pro chaldeos. Hic deus ait amonitas: et imposuit eis annum tributum: talenta argentum, et triticum, et milia choros: et totidem horum del. In diebus huius rasi rex syrie: et phacee rex israel ceperunt infestare regnum iuda. Sub iozatham exorsus est propheta naum de belcesi de tribu symeon: contra ninium predicans. Hec dicit dominus ad ninium, Exterminabo te nequam quod progredietes de te imperabunt mundo. Hieronymus dicit super naum: herodotus dicit: subuersam ninium a rege medorum tempore ioseph. De euersione quod finalis ninium predicat naum que facta est in hunc modum. Palus que circumdabat eam super inundauit eam: facta pariter terre motu et igne de sublimi emissa. De qua in undatione videtur in libro suo scripsisse ibi. Inundans non faciet innocenter dominus in tepestate et turbine vite eius. Tunc secundum aliam scripturam legitur ibi. Huiusmodi non faciet innocenter.

Tunc libro suo scripsit Quasi diceret, Quam pro captiuitate, et, utis fieret merito libri